Sic propè Dg es: quid enim diuinius quã fortu-
næ iniurias corrigere? mutare fatalẽ necessitatẽ
vitam mortalibg reddere, quã miseriæ aut tol-
lunt, aut semper trucidant, quamuis me ò Rex
securus si vis eneca nihil timendum est tibi: dolo-
res nr̃os maestas, hoc solum rogo per siquos habes
natos, per sanctã coniugis tuæ fidem, per vene-
randũ vel barbari genitoris nomen, heu filiis
(pater rogat) heu innocentibg ignosce: testor
conscium doloris mei solem, testor vindicẽ dei ocu-
lum promptg profundam, si modò liberis parcis,
quid in me est sanguinis, venas laniabo, ne vel
salten vna sanguinis mei gutta filiorum preti-
um non fiat, æqua ò Rex postulamus, cur
enim id patientur innocentes, quod nullo scelere
meruerunt quod si in filiorum nece miseram paren-
tis animam vis excruciare at tanta pertuli
vt calamitates nr̃æ, pro innocentibg veniam im-
petrare debeant: exutg Regno per summum ne-
fas fortunæ, seruire in catenis cogor, nulla
in hoc corpore pars pœnis vacat: abreptum (ah
pudor obstat dicere, dicendum tamen est.) ab-
reptum Regiæ ceruici diadema frontem concul-